

perarem, sed per Ducem, qui propriè est feudarius dignitatis, qui sibi æqualem constituer non potest, sed potius concedit hac subfeuda tamquam excedentias, sibi constitutendo milites, & Domicellos, unde propterea dici possit non bene ad hoc deduci Socin. Menoch. & alios loquentes de feudis Mirangula, & similibus, qua habentur in capite ac direcèt ab Imperatore, idcirco pretermissa hac inspectione ut parum grata, & quam in ejusdem Principis Senatu, seu Consilio vanum esset subfinire, potissimum itante contraria observantia, unde propterea in d. alia *Mutinen. de Ranzois* presupposito feudum dignitatis, atque dictum integrum locum veritatis relinquendo.

Dicibam objectum non intrare, quia licet ipsa dignitas sit individua, non per hoc tam alterare in reliquis nam feudi, dum potestas, ut supra, & neque constat explicitè de voluntate, atque in omnem casum individualitas alias de jure communis in hujusmodi feudi dignitatum cadens, cestat in Lombardia ex coniecturâ, ut latius deducatur et in d. alia *Mutinen.* ubi licet firmatum sit itum constituentem procedere quod exercitum, & frumentum, dum novum Guiglaz ad limites antiqui feudi Semefsi, tamquam cum eo permittamus, ejusque loci subrogatum, dicitur antiquum, ut ultra generale axioma, quod subrogatum sapient in omnibus naturam eius, in cuius locum subrogatum, in puncto cuius feudi loco alterum subrogari. Afficitur c. 1. de gradibus successi in feudi. n. 2. Schrader, de feud. tom. 1. p. 2. cap. 2. num. 55. Aponte de postul. Proleg. t. 1. de prov. heri foliis. § 2. num. 10. fol. 12. unde sola difficultas residit in excessu, quod propria feudatarum pecunia refusa fuit, & pro hac etiam parte dicebam non videri esse posse feudum novum, quia unum & idem corpus, seu substantia feudi non videbitur, quod posset eodem tempore habere diversam naturam, licet hoc bene dati possit circa qualitates extrinsecas de novo additis, ut supra; et benè verum, quod si quid additamentum legali presumptioni plures aliae accedebant, prima nempe quod non constabat, Principem concedentem fuisse ordinatum de natura hujus feudi, ac de prejudicio, quod ex hujusmodi ericione refutabatur, nedit aliis filiis, & defendentibus recipientis, sed omnibus agnatis à prime acquirentie derivantibus, animus enim non trahitur ad ignoratam, atque certa iuriis propriei est, in dubio Principem concientem ferre velle praedicate tertio, ac alteri iurius quietum tollere.

Secunda clarius, quia in defectum linea Francisci, non dicitur feudum devolvibile, prout sequeretur, si illud naturam novae dignitatis affumeret, sed fohum dicatur, quod dicta linea extincta, extinguunt dignitas, igitur de necessitate dicendum est verò, & realiter dictam creditum primogenitura ordinatum fuisse ad simplicem majorum honorificentiam feudi, ejus tamen natura non immutata, juxta casum, de quo infra, in utraque Ariminum. *Castrorum.* hoc ed. ii. Quod evidenter comprobari obserbamus ex subsequente permutatione hujus dicti Semefsi cum feudo Guilla, dum in ea supponitur, ut extincta linea Marchionatus, cum eadem ratio militare videtur, & in hoc singulariter negativè responder Rovit. d. pragm. 15. de feudi. numer. 48. & firmat etiam Mangil. de impostu. quæst. 33. numer. 10. eo quia hujusmodi dignitates dant plus oneris, quam utilitatis, unde veritatem amando In hac fohum parte pro primogenito respondendum censui, sed respectu dicti augmenti videbatur causus indubitus. Post haec scripta in lucem prodierunt controversia Altogradi junioris digni filii tantum patris, in quā primā concūnit responsum editum in hac eadem causa ad favorem primogeniti: sed his non obstantibus mali juxta præmissa adhuc probabilitus respondendum esse videbatur, atque pro certo mihi supponitur ab ecclesio Martini Consilio ad favorem secundo genitorum judicatum fuisse.

S U M M A R I U M.

- De puncto, de quo in hoc discursu, & in aliis similibus.
- De auctoribus agentibus de eodem puncto, & casu.
- Unde proveniat involutio questionum, que revera non sunt tales.
- De feudis Regnum Siciliae, & de eorum peculiaritate, & de pluribus ad eum materiis.
- De errore adhibendis auctoribus loquendi de his feudiis.
- De feudiis mere hereditariis.
- De feudiis impropriatis, & alienabilibus per consuetudinem.

- De conclusione, quod in feudiis antiquis paci, & providentie, vel etiam novis, lucrativis ejusdem formae, non possit alterari ordo succendi.
- An id fieri possit cum assensu domini, distinguatur.
- De postestate Principis tollendi, sui teritus, & de voluntate.
- Quando hæc voluntas adesse dicatur.
- Quid sit queſio fæſti, & voluntatis, & quomodo decideretur.
- De cancellatione, quod primus acquirens potest prejudicare; cum distinctione inter patrem, habentem in postestate, & alios, plene expeditum.
- Quod donatio, que in acquisitione feudi, si potius causa mortis.
- Declarantur decisiones in Forolivien. *Castrorum.*
- De materia individualitat, que refutat dignitatem, vel titulum.
- An dignitas de novo adjecta feudo antiquo altere ejusnam.

AD NOT. AD DISC. IX.

Agitur in hoc discursu de punto, de quo etiam agitur subsequenti, & disc. 12. & 45 hoc ist. & r. de emplo. disc. 10. 18. & 42. & in aliis pluribus, an scilicet, & quando feudatarum prejudicari possit. Successoribus vocatis per legem investiture, pervertendo ordinem successionis, atque erigendo in feudi, alii dividu, & ad formam juris Longobardorum, naturam individualum, ad formam juris Francorum, cum ordine primogenitura, ut etiam prefatis casus, si est vero, feugum individualum reducendo ad naturam dividuum, ut omnes ejusdem generis simultaneè succedant, ut disc. seq. Vel non immutata individualitate pervertere ordinem primogenitura, & scilicet excludo primogenitum succedat secundum, vel tertio genitus, qualis est casus, de quo disc. 12. Aut praedicando in totum cuiusunque successoribus per ipsius feudi alienationem, five per gravamen, & servitutem, adeo successor teneatur habere ratum ejus factum, quia materia agitur etiam infra, in hoc *Supplemento*, disc. 111. cum pluribus seqq.

In hoc autem, ut patet ex istis, que habentur deductam in hoc discursu, quā in aliis supra, allegatis 10. 12. & 45. & in dictis aliis discursibus sub ist. de emplo. latius verò per scribas hinc inde cum extero prolixiori styllo in eisdem casibus, nempè in illo praedictis discursus apud Mansum coafuti. 45. cum pluribus seqq. quarum prima est repetita apud Attilon. ref. 1. & apud Altograd. jun. controver. 1. & plena nimirum elaborata super casu, de quo disc. 12. Bofcolus in controveria registrata in calce hujus libri. Ita materia videtur involuta, & tamen revera illa talis dicenda non est.

Id autem pro generali conditione, seu miseria hujus facultatis provenit à toties inculcato abuso confarctandi auctoritas, vel majorum nostrorum traditiones indigent, sive in confituendo, totam vim constitutuendo in eorum numero arithmeticis, magnaque copia, non diffinguendo loca, & tempora, aliaque diversa circumstantia, minime corrumptim Scriptorium qualitates, & occasiones, ob quas scripserint; itaque est causa, seu origo omnium æquorum, seu inconvenientium, quæ semper in dies sicut majora, quoties pestis hujus stylī a mundo non aboleatur, sed profectiores in hac inepta, seu cæcitate perverterent, neficitur quæ fine, vel ratione, ut etiam advertitur, & quod 35. de iudic. disc. 46. in relatione Burz, & in opusculo styl.

Quare distinguendo, ut decet, pluries causas pro ea, quæ fieri potest, aequorum elucidatione; Primitus causa est, in feudi Regnum utriusque Siciliae, in quibus, ultra generali prohibitionem, refutantur à legibus feudalibus, & pertinent ab illa in c. Imperiale, de prohib. feudi aliarum, per Feder. quæ latem de confuetudine recepta est pro lege communis, viget alia prohibitio longe strictior ex illorum Regnum Constitutione particulari, edita ab Imperatore Federico II. tanquam illorum Regnum Rege, quæ inceptis. *Constitutione Diuina Memoria;* atque in ista specie feudorum, non cadit quæſio, de quiniam præterea discursu, an scilicet feudum dividuum reduci possit ad naturam dividuum, atque in eis primogenitura, quoniam, five juxta unam opinionem id præterea a prædictis confutandis, five juxta alteram veriorum à quadam confundendis, ut in ador. ad disc. 4. predictum; omnia feuda, quæ ibi dicuntur quaternaria, & in capite, ex investitura Regis (exceptis quibusdam obscuris, & exiguis, existentibus in Celento, & in Apu-

tio) sunt individua ad formam iuris Francorum, atque in eis est in fixus, & conaturalis ordo primogenitura, ut haberetur, disc. 12. neglecta distinctione inter feuda nova, & antiqua, sive inter illa, quæ concessa fuerint ex causa lucrativa, vel onerosa, quoniam, quod ea, quæ concernunt corpus, vel substantiam feudi, nihil refert, an illud sit antiquum, vel novum etiam ex causa lucrativa, vel ex causa onerosa, quoniam etiam in isto secundo casu, nulla datur dispositio, vel alteratio sine assensu, tolumque moderna tempore in ipsa acquisitione adjici solent facultas gratificandi interficiens, juxta casum, de quo disc. 12. quod est per accidens, atque deviat a regulis.

Este autem novum ex causa onerosa, ex qua semper illa feuda obtineri solent (cum concessionis ex causa merè gratuita, fatim sine recompensa servitorum, & meritorum, qua longe magis pretium habeant, videatur ab aula recessisse) considerabile est in ordine ad prius defuper euagatum, quod dicitur esse in hereditate allodiali, ac proprietate per primogenitum successorem feudi, communicari debet secundogenitus, ut disc. 19. & seqq. & 108. & in aliis frequenter & quando etiam est antiquum, in hoc preferunt Regno Siciliae criterior, quod Neapolitanum dicitur, ob admixtam qualitatem hereditariam etiam ultimi mortuorum successorum; prajudicatur in ipso corpore feudi cum assensu, & sine illo, prajudicatur in integro valore, etiam ubi successor veniat contra iudicium defuncti, coquendo invito adiutorio successionem feudi ex lege investitura, quod exorbitat ab opinione alibi magis communiter receptis in materia feudi mixta, ut frequenter adiutetur, disc. 23. & seqq. & in aliis.

Igitur manifestus error est, super ista materia adhibere authoritates Regni Carolinarum, illaque commiscere, seu confundere cum illis Longobardorum, vel etiam Germanorum, & aliorum locorum, in quibus feuda diversam habeant naturam, atque in hoc veritatur adeo frequens, & manifestum sequivolum.

Alter casus est in feudiis merè hereditariis; atque in istis, quando non urgeat lex particularis, quæ prohibet alienationem, vel aliam dispositionem, ut (ex. gr. vel à simili) sunt illa feuda impropria, & remota, quæ, ad differentiam feudorum, allodialia dicimus in Stato Ecclesiastico, ob prohibitions resultantes à Constitutionibus Apostolicis, Sixti V. & Clementis Octavi, aliorumque Pontificium successorum, & tunc, secula illa militante, allegabili etiam per ipsummet principalem, quæ refutat ex defectu licentia, vel solemnitas, eodem modo, quo in dicto Regno; nulla dignoscitur difference inter feudi novum, & antiquum, sive inter gravatum, & onerosum, & per consequens idem intrat error adhibendus in illa questione illas auctoritates, que hanc speciem pertinet.

Tertius est casus, in quo feuda iusta legem investitura habeant formam paci, & providentie, sed non obstante, quod sint antiqua, vel nova, ex causa lucrativa, adhuc tam de confuetudine sint in commercio cum licentiis. Domini, quæ requisita videtur principaliter pro ejusdem Domini interesse, ad effectum obtinendi laudem, vel alias recognitio, ut (ex. gr.) sunt feuda magis impropria, quæ propriæ Episcopatus Mantuae, de quibus supra, disc. 7. & infra, disc. 52. & frequenter sub ist. de emplo. prædictum disc. 8. Et pariter intrat idem error adhibendus in teulis aliorum locorum, quæ regulata sunt cum legibus feudalibus, seu cum regulis, & propriae titulis feudalium, illas auctoritates, quæ percutiant hanc speciem, dum confutato alteravit naturam feudalem, saltem in hac parte, & per consequens auctoritates, quæ percutiant hanc speciem, reconfitit disc. 10. sive sicut etiam extranea.

Quartus denum est casus, in quo seclusis circumstantibus alteriæ particularibus, de quibus in tribus casibus precedentibus, agatur de feudiis veris, & non impropriatis, nisi in aliqua parte accidentali; & tunc rectè intra distincio, de quæ in hoc discursu, ac etiam disc. sequenti, & 12. inter feudi paci, & providentia antiqua, & nova; ut scilicet in antiquis facultas deficit alterandi ordinem successionis, & prajudicandi successoribus venientibus independenter ex persona propriæ; idemque in novis ex causa merè lucrativa.

Id autem non provenit ex peculiaritate natura feudorum, sive ex legibus, & regulis feudalibus, sed etiam ex regulis iuris communis, tam in employstyle, seu livello, aut perpetua locatione, quam etiam in fideicommisso, & in Jurepatronatus gentilicio, seu familiari, ut possessor non possit alterare ordi-

ordinem succendi p̄scriptum à Testatore, vel à donatore, seu à fundatōre, dum successores veniunt ab ipso independenter, suumque jus metiuntur ab ipso primo disponente, vel acquirente, ut etiam in predictis, disc. 53. & 57. & 134. cum pluribus seq. & habetur etiam in hoc Supplémento. ad iure 112. cum pluribus seq. ubi de alienabilitate, vel transmutatione ad feminas, & in aliis.

Procedunt huc cum p̄supposito, quod alterativa dispositio sit sine affectu Domini, cū nunc ista distinctio procedat de piano; difficultas vero cadit, quando eadem alternatio fiat cum licentia, & consensu Domini, ut erat in causa presenti, ac etiam in aliis, de quibus disc. sequenti. & 12. Et lēc Sribentes in hac eadem causa superius recenti, cum enunciato collectorio abūdūtū infinitē magnos faciant allegationes cumulos hinc inde super competētā, & respectivē in competētā potestatis Domini, p̄judicandi successoribus; nihilominus idē dignoscitur equivoicum quoniam multi Auctores percutiunt causam illius Domini, qui sit inferior, idēque non habeat iura Supremi Princeps, ac potestatis derogandūlītū voluntatis, & tollēndi ius tertii ut est causa, de quo disc. sequenti; quodā Domini sui Episcopūs, vel Prelatis inferioris, utique non habens hanc potestatē, idēque hujusmodi authoritatis pariter extrahere remaneat in causa presenti, vel simili, in qua agatur de Supremo Princeps habere hanc potestatē.

In iō itaque ultima causa, quamvis non defint p̄terique eamdem negantes potestatē, quies non accedit iusta causa publice utilitatis, ex plenē infinitis plusie allegato disc. 148. 176. de Regalibus, attamen ex iis, que habentur eisdem mox citatis locis, ac etiam hoc eadē ad materialm Bulle Baronum, disc. 73. cum seq. & subtit. de testam. disc. 72. ac etiam huius altero desiderio, disc. 141. & 161. Oꝝ hodie in foro externo, fabulā speciem redolēt dubitare de hac potestatē, cum facultas disponendis de bonis suis post mortem, atque in eis accidiētē ordinē successionis inalterabili, proveñiat ex benignitate legis positiva, cui derogare potest altera lex positiva animata, qualis est Princeps; & per consequētias reductarū ad voluntatem, rē cujus regulatiōne, tam ad effectum non excedenti hanc potestatē, quam ad alterum moderari, vel revocandi id, quod ejus vigore gelūm sit, intrat in p̄ficio justa causa, que adēcte dicitur in causa præsentis controverſia, & in altero, de quo disc. sequenti, quo felicit agatur de inducendo ordinē primogeniture, quā si magis expediāt ex rationibus, disc. 73. & alibi infinitatis.

Dūmōdō tam certa sit voluntas Princeps, utendit haec potestatē, adēctū scīens, & volens illa uti volenter, secaū autem ubi licentia alia habeat sicut, juxta illam implicitam donationem, qua inesse dicitur in acquisitione officiorum, seculorum. Montium ad favorem aliecuū, ut apud Dunozettū, disc. 560. & 579. & habetur, disc. 24. de Regal. ac propter ea esse debet ad libitum revocabili, etiam tacitē per contrariam dispositionē, sive donatarū sit in potestate, five non.

Cūque hujusmodi feuda emplita frequentissimum magnū habent precium, quod penē integrum acquisitū aīsem absorbē solēt, & quandoque excede, utique proflus imp̄probable est, ut acquirētis ita implicitē volenter se privare bonis suis, & liberate de eis disponendī cum quadam occulētā, vel subtilella donatione, quam ipse numquam fortē in animo habuit, ut etiam in materia emphatyntica advertit. Multo verō magis ultra alia accedant argumenta fidam donandi voluntatem excludentia, ut adverbētā in una Mūzinen, pro Comite Cesare Rangone, de qua agitur rit. de iure in hoc Supplémento.

Decisiones autem superius allegate in Foralvien. Castrovi coram Albergato, quarum prima est impresta, disc. 23. par. 12. rec. sunt vere in causa suo, sed non bene ex eis deducit conclusio generalis, cuiuscumque causa applicabilis, ibi enim, ultra difficultates, que habebantur, an ille dicī potest, nec ne p̄mū acquires titulū oneroso, nulla aderat ipsū acquires expressa dispositio in contrarium, sed quæstio erat cum silico odibili, & paenali tamquam herede anomalo, ratione confidētū ob delictū, five cum Dominō direcōtē pretēdētē devolutionē ex eadem causa, ut adverbētā infra, disc. 131. Idēque tantum abest, quod adēctū contraria dispositio, quod potius ipsius acquires tam defūtē voluntas affiseret ipsi ab investiture vocatis in exclusionē fici, ex iis, que habentur sub tit. de Regal. 160. & sub tit. de legitim. disc. 14. & alibi; & sic posita etiam implicita donatione causa mortis, dum illarevocata non erat, rectē operativa remanebat, unde propterea in dies edocemus, quam exponimū sit capere decisiones, & doctrinas

etrias generaliter, & in sola litera, non reflectendo ad preceſtas calūm circumstantias, ex quibus jus adeo variatur.

Nitidū quoque insistebant scribentes pro primogenito, in motivo individuatū feudi rationē dignitatis, quam 16 contendentium pater adiici curaverat à proprio Princepe, muniendo fortē motuū ab iis, que jam à me motivata fuerāt in alia Mūzinen, de qua supra, disc. 8, unde propterea, ut patet ex eorum laboribus registratis apud Mantuum ubi supra, magnus siebat cumulus autoritatum ad probatio[n]ēm hujus individualitatis.

Verū paniter in hoc puncto dignoscēbatur idem vitiosum aquivōcum, confarcināti, seu confundendi authoritates inter se diversas, dum illa scriptorū utriusque Regni Scīcia omnino extare remanent, ob supra infinitatū illorum feudorum naturam generalē; alia verō authoritates Germanorū, & Lombardorū percūtunt diversam speciem feudorum, illorumq[ue]clicet regalium, & verē dignitatis, quorum successio regulata ad instar Regnum, & supremo Princepcū, quibus individuūt est magis connaturalis ob inconvenientia, quae refūtare possunt, idēque exinde inferi non potest ad speciem hujusmodi feudorum inferioris ordinis, quae potius dicitur subfēda, quam fēda, dum ipse concedens est feudatā Imperatoris, atque dignitas eis potius abusiva, idēque in eis viget coniunctio, ut sint dividua in frumento & exercitu, considerando solum quamdiu sicut, seu intellectu[m] individuatūtē habituātē, considerabilem ad dervorum effūtū equalis concursus omnium linearum ad portionem defēdā, juxta causam, de quo disc. 8. & sic ad effectum favorabilem potius quam p̄judicialem; & per consequētias repete, & inculcare oportet emendētē errorē confundētē authoritatis, non distinguendo earum diversas circumstantias.

Et ulterius ad excludendā voluntatē Princeps præjudicāti tercio, tollendo ius questū, rectē intrābat ea quā abhībit horū, disc. 44. & 45. quod scilicet adiicitio titulū, vel dignitatis, etiam cum exp̄rēto ordine primogenitura non tollat jucundogenitorum, quamvis ius motuū solum, & de p̄ se videtur periculōsum.

MANTUANA FEUDI, PRO MARCHIONE JULIO CÆSARE GONZAGA,

C U M

MARCHIONISSA FRANCISCA GONZAGA,
SEU MARCHIONE OCTAVIO
GONZAGA EJUS FILIO.

Casus decūtis per Rotam pro Marchione Julio Cesare, de
inde sopusis per concordiam.

Aloysius primus

Joannes Perus

Ludovicus

Silvius Curtius Claudio

Ludovicus Claudio

Ludovicus Claudio

Posthumus Francica Julius Caesar

Ostavius

De eadem materia discursus præcedentis, scilicet, an feudū ex p̄acto, & providentia antiquū possit erigī in primogenitūram, & an ab ea se-mel erēcta possit recēdi.

Et de qualitate feudorum Episcopatus Mantua.

S U M M A R I U M .

1 Faſi series.

2 Feudū impr̄priū, & redactū ad natūram allo-
diūm potest erigī in primogenitūram.

3 Quod declarat.

4 Feudū Mantua fuit alienabilitā, & in commercio de
confutētā.

5 Accidente tamen affensa Domini.

6 An hic assensus requiratur pro forma, vel pro solo inter-
esse Domini.

7 Benefac̄tūm Ap̄oloticū in alienationē reservatum,
et si necessarium, etiam ubi aliis non requiruntur.

8 Nullus actus gesti a minore, an possit allegari à
tertio.

9 Vena grātia à quo concedi possit.

10 Donatio facta pro filiis, & descendētibus non potest
revocari de conſeu[n]ta primi donatoris.

11 Transfātio an obiectus successoribus vēnientib[us] iure
proprie.

12 Qua sufficiunt ad removendū unū impedimentū,
non sufficiunt ad removendū aūo, & ideo confe-
tudo Mantuana diſponēt de feudiis, non capit aliud
vinculum particulae.

13 Transfātio in se potest successoribus vēnientib[us] iure pro-
prio.

14 Princeps an possit derogare fideicommissi, & primogenitu-
ris, vel alias tollere conventiones.

15 Quod ubi agitur de Bonis Ecclesiasticis.

16 Heres non possit impugnare fātūm sūi autoris etiam
ex iure proprio, quatenus vires hereditaria sup-
portant.

17 Per divisionē an censeatur renunciātū fideicommissi,
sive alterata investitura, vel erētū primogeni-
tū.

D I S C . X .

Fudū, quod juxta seriem sup̄rā latūs in alia Mantuana feudi, seu bonorum narratam, Aloysius primus Gonzaga de anno 1233, acquisitū ab Ecclesia Mantuana, in plures hujus insignis adeo propagatā familiā ramos, seu colonellos divūm, pro quibus portūnūs obvenit in Curtiū, & Claudiu[m] seniōrem fratres, ac Ludovicū, & Claudiu[m] ju[n]iorem, ex Silvī fratre natu[m] majorē p̄defunctū Nepotes in minori etate consūti, per quos, accedētē authoritatē Tutoris, seu Curatoris dicitōrum Ludovicī, & Claudii, ac etiam diſpenſationē, seu iuris venia concessā per Manue Dūcem super dictōrum minorū habitationē ad contātēdū, erēcta fuit in his portiōnib[us] primogenitū, effēdū p̄mō fortūtā in linea masculina dicti Ludovicī, tamquam filii Silvī primogenitū, & deinde in aliis lineis, semper ramē in masculis juxta cumdē primogenitū ordinē, prout effēdū fortūtā est in dicto Ludovicō, & successivē in altero Ludovicō eiusdem filio posthūmo in pra-
infra arbore descripto; & quamvis de ejusdem Dūcis Mantuā authoritatē potest aliquis annos inter dictas partes, seu iuris eorum descendētibus, deventum esset ad quamdam diſpositionē p̄dictē primā conventionē in aliquibus contrariā, attamen semper dicta feudūm portions per dictos primogenitos posseſſātē fūerint.

Sequātū mōrē morte dicti Ludovicī junioris, ortaque contōversia super ejus successiōnē in dictis bonis feudiis, inter Marchionissam Franciscam morientis germanam forōrem, & Marchionem Julium Cæsarem Claudiu[m] junioris filium, in partibus judicatum fuit ad favorem Juli Cæsari masculi, tam ex diſpositionē iuriū communis feudi, quam Stau[er] Mantuani, quorum utrumque defert feudalem successiōnē masculis in feminarūm exclūſiōnē: devoluta verō causa ad Rotam istam, quod puniūtē successiōnē in contrariā, iūiſentiam, successiōnē nem̄ p̄metitē debet esse Franciscā forōrem, uti proximiori, exēlio Julio Cæsari patruele, ex rationibus, de quibus dīſerū sequenti.

Quare per eudem Julium Cæsarem assumpta fuit diſputatio super ejus successiōnē in vim dicta primo genitū, quā non esse attendādūt p̄tendebat Marchio Octavius Francisca interim defunctū filius, ex ejus invaliditatē, vel revocatione, dictātā invaliditatē ex pluribus deducendo. Prīmō nēmē, quod feudiū antiquū de sui natura diuidū ex p̄acto, & providentia, non potuerat in p̄tenditū successiōnē ex propria persona venientiū erigi in primogenitūram; secundō, quod cum erēcta facta fuit sub referētā Benefaciō Ap̄oloticā, eo non obtinet, corruerit; tertio, quod uti facta per Ludovicū, & Claudiu[m] juniorē mōrē mōrē non servatis debitis solemnitatib[us], non subfineretur, non obstante venia concessā per Dūcem, quia hac non nisi per Imperatore, n̄ concedi potest; & quād̄, quod in omnē catūm à dicta erēctionē ex nova conventionē cum ejusdem Dūcis authōritate inita, recessū fūerit. Quibus omnibus non obstante Rotā sub die 27. Januarii 1659, coram Verofpō refondit pro primogenitūrē validitatē, & observantia, & in eadem

eadem decisione, parte iterum audit, persistit sub die 30. Maij ejusdem anni cofam eod & probabiles reflectendo ad veritatem viva sunt resolutiones.

Quatenus igitur pertinet ad primum objectum, Ego, & ceteri pro masculo serbentes dicebamus, ex jam firmatis per Rotam in duabus precedentibus decisionibus ad favorem feminaz, de quibus in sequenti, illud non esse feudum rectum, & proprium, feudorum jure regulandum, sed omnino impropiatum, ac sola feudi nuptio retenta, tamquam allodium potius reputandum, ideoque in eo licet ergo potuisse primogenituram, allegando ad hoc autoritates Roland. conf. 42. numer. 16. vol. 1. & conf. 1. nu. 47. lib. 3. Rofat. de feud. cap. 7. conclus. 11. numer. 20. Cephal. conf. 1. numer. 11. & conf. 608. num. 44. Mandell. conf. 382. nu. 64. Card. Mant. de comitatu. volunt. lib. 7. tit. 9. nu. 4. Peregr. de fidic. art. 6. numer. 18. Pufat. de fidei. quef. 621. numer. 1. Giur. decif. 108. numer. 17. & seq. Milan. decif. 8. numer. 17. & 18. part. 1. Unde infereremus non posse feminam contradictione allegare, atque feudorum legibus vivere, & non vivere, prout sibi magis expediret, sed adstrictam remanere ab inevitabilis dilectionem, quod aut hereditate feudum rectum, & proprium, feudorum jure regulandum, aut corruptum, & impropiatum, jure allodium condendum; si primo casu, ergo non subtiliter decisiones emanatae super successione, quae masculo ex claris iuribus feudalibus debetur, ut in sequenti; si autem in secundo, ergo controvverte non poterat primogenitura erectionem, & hoc motivum amplesum fuit per Rotam in utraque decisione.

Vero illud ita generaliter, & abstracte sumptum, militi videbatur parum tatum, quoniam impedimentum creationis in primogenituram, non solum provenit ex jure feudorum, seu feudali qualitate, sed militari etiam in bonis allodialibus, quae ex concedentia, vel primogeniturae proprietate, quadam jure fideicommissi donata fuerunt ab initio omnibus descendientibus, seu sanguinis heredibus, in quorum praedictum, sicut possessorum alienationes facili non possunt, ita neque hujusmodi restrictiones, seu praelectiones, quae in solis fideicommissis conservatoris permisa sunt, non autem in successivis, & restitutoris, juxta distinctionem text. cum ibi notatis in l. numer. ex fidei. ff. de legat. 2. de qua plene, & magistralter Bellot. junc. conf. 1. ac habetur sepius sub titulo de fidei. prefertim in Romana fidei. de Boncompagni, in Romana hereditate de Sparti. & in aliis, ideoque parum referat, an bona sint feudalia, vel allodia, quia utroque eas idem militari impedimentum.

Et licet ex peculiari qualitate alienabilitatis resultant, ex consequendis de qua infra, sicut sit dicta resolutio, atamen id non provenit in proprieatis feudi, quia sive illud sit proprium, sive impropium, si est hereditarium, & annullativa, sed solum pro interesse ejusdem domini, cuius utilitas in hujusmodi feudi confidere solet in laudemis, & recognitionibus pro alienacionem assensibus, vel renovationibus solvi conuenit, ut est in dicta Abbatia Farfense de sua supra, & in aliis praefertim clarissima, quia ista specialis investitura continet claustrum ad habendum clare extensam cum facultate disponendi, vel alienandi; etiam Episcopo contradicente.

Et altera, quia referat Beneficii Apostolici facta erat cum claustrum q[uod] est opus, ideoque necessaria non erat ejus imperatio, ubi iure causum non sit omnino requiri, quod procedit etiam dicta claustrum non est adiecta, cum de iure ita reservatum intelligatur, Gabr. conf. 92. numer. 7. lib. 1. Scrupul. decif. 1027. numer. 7. & 1319. numer. 2. Buratt. decif. 110. numer. 35. Adden. ad Gregor. decif. 192. litt. A. in fine, & passim in aliis, quia est receptissima, & quotidiana propria.

Eatenus enim beneficiti necessitas, etiam in casibus, quibus de jure non requiretur, refuta, quatenus illius referatio precise a contrahentibus cum claustru, & non aliis, facta est, cum tunc illud requiri dicatur, non ex iuri dispositione, sed ex partium conventione, tanquam implementum conditionis, sine qua partes noluerint alias contrahere, ut ita distinguendo firmatur in hujus Caue decisionibus, & apud Gregor. dict. decif. 192. Orthobon. decif. 147. 9. & 8. plen. in Bononiensi, primogeniture 14. Februario 1656, coram Bichio impresso post Bonden. decif. 30. de qua sub tit. de fideicommissi, & frequentia in aliis; incongruum enim est, ut in omnimodulatione in extraneos, solus Episcopi affluentia sufficeret, & sufficere non deberet in adeo rationabilis actu, feudorum natura magis congruo, qui sit inter eadem personas a lege investitura vocatas, & sub ea comprehensas.

Tertium objectum fatis levius ponderis vixum fuit, respectu enim Ludovici, omnino fatum videbatur deduci posse nullitatem illius actus, qui ejus omnino modum, ac praecipua utilitas in aliorum praedictum contingebat, dum 8 in eo tanquam primogenito nedum propria, sed etiam omnium aliorum portiones confoldatae fuerunt; respectu vero Claudi, quatenus etiam aliquam ultas considerari posset, illa tanquam ejus favore inducta, ab ipso tantum, ejusque hereditibus effet allegabilis, non autem a tertio, iuxta doctrinam Bart. in Legante, numer. 12. part. 2. divers. & decif. 179. numer. 5. part. 5. recent. & in Fanen. dotis 13. Martii 1642. Et eis omnis difficultas coram Cerro, & in his praecis terminis minorum, advertit Surd. decif. 108. n. in fine, & n. 2. ac firmatur in eadem ultima decisione hujus punti. §. Solemnitatem.

Maxime quia pars adversa non allegabat hujusmodi nullitatem, expediens quo cau[m] intrare forsan posset distinctio, an invaliditas actus resulteret a jure communis, per quod non inducitur nullitas ipso jure, sed ope exceptionis, unde propter ea necessaria est minoris declaratio, qua pendente actione dicatur habere implicitum statum validitatis, quia potest minor non declarare, ac tum habere, vel nullitas ipso jure inducta sit a statuto, quod propter bonum publicum auctui omnino resiliat, ita ut abque alla declaratione, desperata ratificatione nullius dicatur, ideoque nullitas tanquam exclusiva juris agentis per tertium, qui sit reus, & professor allegari valcat, ex deductis per Butlatt. conf. 82. Grat. 9. decif. 69. Surd. dec. 108. n. 11. & seq.

Sed ad legabatur agendo, quo cau[m] nulla juris authoritas, vel ratio siudare videatur, ut id licet esse possit, ut bene probat Scaccia de iudicis lib. 2. cap. 7. nu. 405. & seq. praefertim in praedictum ejusdem minoris, seu ejus hereditatis, cuius ex eventu intererat actum esse validum, & subsisteri, dum Marchio Julius Caesar erat filius & heres Claudi, tunc enim videtur causa indubitate, ut per Cyriac. contr. 32. numer. 7.

Sed & hanc nullitatem omnino cessare dicebam properat etiam venientia a Duce concessam, quam concedi posse per hujusmodi Duces, & Principes quoniam se fidei, & Imperatores, vel Papam in Superiori recognoscentes, videtur hodie ex communis praxi abolendum, ac habetur forte actum in Urbinate pecuniaria sub tit. de donis.

Maxime ubi non agitur de vena generali habilitante minorem ad omnes, & quemcumque actus, sed de specie ad unum actum tantum, quo cau[m] nec de potestate dubitatur, nec aliud iudicis Decretum requiritur, ut ita distingueatur habetur per Surd. decif. 268. n. 1. & 12. ubi concordantes, & per alios, de quibus in dicta ultima hujus Caue decisione, §. & licet.

Major igitur, ac tota difficultas residebat in quarto objecto recessis, quamvis enim ex parte nostra dicetur, quod tot sunt donations, quos sunt persona successoris temporibus vocatae, ita ut omnibus in eis justus principaliter qualitatem dicatur, ideoque non poterant eructores, qui ad actum per viam irrevocabilis donationis processerant, illam recocare in praedictum successorum, quibus iam fuerat ius quiescitum, quamvis etiam adhuc non natu propter proprii parentis ac Notarii stipulationem, juxta veriorem sententiam, quicquid aliqui in contrarium attentent, ex deductis per Monach. conf. 211. numer. 15. Molini. de primogenitura. lib. 1. cap. 6. numer. 45. plen. Rota in Romana donationum 28. Januarii 1656. & 25. Maii frequentis anni coram codem Vero filio, in alia Romana Donationis 3. Junii 1658. & 24. Januarii 1659. coram Cerro, & in aliis, quia est receptissima conclusio, quam in utraque hujus Caue decisione Rota recepit, & habetur sepius in sua materia sub tit. de donationibus.

Nihilominus ex adverso scribentes, dictam conclusionem simpliciter non impugnantes, eas evitare replicant ex pluribus, primò nempe ex jure dicta consequendine Mantuana, per quam hujusmodi feuda quamvis agnatis, & sanguinis hereditibus iure proprio debita, sunt per possessorum alienationem cum domini contenti in hoc recessu iam accepte, ex deductis per Cyriac. contr. 581. numer. 12. & seq.

Secundum, quia recessus non sunt nisi impliciti voluntatis, & finitae, sed per viam concordie, aditae inter eos exortas fedendas, unde infereretur etiam successorum iure proprio venientibus illam praedicare, cum hae sit concordia peculiaris natura, ex deductis per Cyriac. contr. 2. & sequenti. Peregrin. de fideicommissi. 40. numer. 166. & alios bene congetitos in Romana Successionis de Comitibus 26. Junii

1647. & 26. Junii 1648. coram Ghislerio impress. decif. 43. & 48. post Censal. ad Peregrin. cum quibus saepissime in aliis processum fuit, ut habeatur in dicta Urbinate, sub tit. de donationibus, & frequentia sub tit. de fideicommissi. & in terminis feudalibus, Gratian. disceps. 476. & tertio demum hujusmodi conventionem autorizaram esse per Ducem tanquam Principem, cum omnium, & quorumcumque derogatione, ex quo ultimo actu omnem difficultatem cessare dicebant.

Ad primum autem motivum dictum fuit, confutandum operari solum remotionem refutantem a dispositio[n]e juris, seu a lege investitura, sed non tollere aliud impedimentum refutans a partium conventione, cum hoc nullib[us] cantum reperiatur, regula vero iuris est, ut ea, quae sufficiunt ad unum tantum impedimentum removendum, non suffragent, quoties sunt duo, ut bene probatur in puncto per Cyriac. contr. 230. numer. 26. cum seqq. & contr. 324. numer. 3. Manci. deci. 1. n. 7. & dec. 2. numer. 4. & 14. ubi dicta consequenda operatur circa feuda concessa in forma solita, & communis, & firmatur in ultima decisione 30. Maii 1659. ac videtur veritas irrefragabilis, quia consequendo aliud non operatur, nisi quod reduci h[ab]et feuda alias de sui natura inalienabilitate, & extra commercium ad inalienabilitatem, & commercium liberum, adiunxit quorūcumque aliorum bonorum allodium, & libertate dispositionis, unde quemadmodum in ipsi bonis vere allodium, si primogenitura per contractum erecta effet, non possent erectores ex intervallo ab ea recedere in praedictum eorum, quibus ius questionis fuerat, idem multo minus in praemitti, cum non possit plus operari fictio quam veritas, neque ampliora qualitatibus possit esse bona assimilata, seu admixta, quam sine ea, quis assimilata sunt.

Ad secundum motivum transactionis, dicebatur conclusio[n]em supra deducatur esse quidem veram, quoties transactio per feudi, vel fideicommissi possessores inita est bona fide, iecus autem si malitia, quia tunc tanquam actus mere voluntaria alienationis, sub transactio[n]e palliato nomine invenit, non est aptus praedicare successoribus, ut ita distinguendo firmatur in eisdem decisionibus Romana de Comitibus coram Ghislerio, Romana manutentionalis 27. Martii 1648. coram Albergato, Romana fideicommissi de Maximis 2. Januarii 1649. Cerro dec. 272. numer. 21. p. 10. recent. & apud Rojas in Bonon. fideicommissi in Blanchis 14. Decembri 1646. & 26. Junii 1647. interclusa impress. dec. 312. & dec. 343.

Bone vero, vel male fidei inspectio penderet ab eventus litis dubitante, quia nulla in praesenti aderat super primogenituram validitate, sed super alios plurimum partium controversias, quas dirimendas, licet non erat, super re aite diversa transigere. Tunc enim transactio bona fide inita, per feudi, vel fideicommissi possessores, obligari successorum iure proprio venientes, quamvis ita sit evitatis dubius situs eventus, ex quo poterat totum amittit, ideo melius fuit partem ita in tuum ponere, scilicet autem, ubi ob controversiam ratione peruentientia inter plures aspirantes ad fideicommissum, vel ius suis successorum in toto destitutur, quia tunc nulla substantia ratio, que actum salvere possit, at plures in dicta sua materia de fideicommissis.

Unde dicta duo motivi satia levis ponderis vixum fuit, urgere tamet videbatur terrium refulans ex autoritate Principis, cuius potestare circa defrumenta, vel alterandas primogenitorum licet aliqui impugnant, ex deductis per Palaez de majorata part. 1. qu. 2. numer. 8. & 10. Giur. de successori feudorum prelud. 5. numer. 9. cum aliis deductis in Mutinensis feudi proxime praecedentibus nihilominus quidquid sit quoad feuda, quoad fideicommissa tamen, illa posse per Principem tolli, doct. quotidiana obseruantia, & plenius deducendum habetur infra super materia Bulla baronum hoc titulo in Romana pecuniaria pro Creditoribus Marchionis Pallavicini, & in aliis.

Et quamvis ex parte nostra replicaretur, potestatem Ducus utique Principis particularis attendendum non esse in hujusmodi feudi Ecclesiasticis, ex iisdem, quae pro exclusione Statorum Mantuus firmaverat Rota in hac eadem Caue super puncto successionis, ut in sequenti. Verebat tamen hoc esse debile refutum, quia Princeps ita non statuit super bonis Ecclesiasticis, sed super contrauctu Laicorum, & subditorum, eorum personas habilitando ad gerendum id, quod alias de jure gerere non possent, ac tollendo personas successorum pariter ejus subditus illud ius, quod ob contradictione quasdam esse posset ex dispositione juris, cuius Principis

- ceps derogate potest; unde nullatenus ejus factum, nec directe, nec indirecte percutiebat ipsa bona, in quibus Ecclesia non prejudicatur, quia res reducitur ad formam investiturae, & magis Ecclesie interest habere plures Valfallos, cum alias non nisi unum haberet, ac etiam quia dubitari potest de hoc assumptio, quod hec fuit Ecclesiastica, ex motivatis per Cyriac. controv. 552, super quo tamen relinquitur locus veritati.
- 16** De alio etiam solidiori objecto, post dictas decisiones exposito, ex hac parte timeri potest, quod nempè Marchio Julius Caesar esset haeres Claudi Patti, qui contra dictum divisionis, ex quo recessum induccebatur, injerat, & ad eum obseruantiam obligaverat, unde Julius Caesar haeres non poterat proprii authoris factum impugnare, sed quatenus vires hereditarie supponerent, tenebatur illud praeceps ratione habere, etiam in iuribus ex propria persona competenteribus, ad text. in lacu a matre, Cod. de iuris. & Leendit. cantem, ff. de cuestione. juxta viorem sententiam, quam reprobata decis. 93. Grammatici firmant, Franch. decis. 83. n. 3. Fular. de subf. qn. 557. nn. 1. & seqq. Buratt. decis. 275. n. 12. add. ad eum decis. 326. nn. 2. plen. Rota in Romana testud. 14. Decemb. 1658. & 7. Junii 1660. coram Cetero, ubi concordantes, cum fit hodie conclusio receptissima, quanquam dicti possent id procedere data validitas eius, fecus si effet invalidus, ut decis. 176. n. 47. & seqq. p. reg. & in aliis frequenti.
- Isto autem, & alio proxime precedenti objecto evitandis, tunc consilium credebamus configere ad defectum voluntatis potius, quam potestatis, quod siccilem contractus concordis, & divisionis inter cretores initus, non importaret omnimodum recessum à primogenitura, cuique destructionem in praedictum successorum, fed immutationem, seu recessum, quoad eorum personas tantum, ut in puncto feudi, vel emphyteutis divis inter feates, ut non per hoc alterius ejus natura in praedictum recessorum, Rota decis. 176. n. 5. recent. numer. 11. & seqq. & in terminis fiduciocommissi. Peregrin. art. 52. Fular. ques. 593. Gregor. decis. 73. Buratt. decis. 89. dict. decis. 272. part. 10. recent. n. 2. & 308. part. 11. & lapso in sua materia sub tit. de fiduciocommissi. Sed tenor contractus, & cautela adhibita in obtinendo Principis autoritatem, & detractionem alias non necessariam, si pro toto iure dividenter partes intellexissent; de hoc timore faciebant, unde confusa fuit concordia, per quam subsequuntur, presens, ac sequens controvertit finem obtinuit.
- AD NOT. AD DISC. X.**
- 1 Niran eadem annotationes, de quibus in discurso predicto, atque decisione, in hoc discurso enunciata, sunt pro ejus causa, sunt imprefixa decis. 12. & 82. p. 12. rec.
- IN EADEM**
INTER EAS DEM PARTES.
Causa decisus per Rotam contra Julium Caesarem.
- In successione feudorum, que pro masculis, & feminis concessa sunt, an masculis remotior excludat feminam proximiorem.
- Feudum, quando dicatur rectum, & proprium, & quando impropiatum; & an qualitas alterativa corruptum in totum substantiam feudi, illudque omnino impropiatum, vel potius inducat impropiationem in ipsa parte, seu qualitate alterata, firma in reliquo remanente ejus natura.
- Et an Statuta Laicorum attendenda sint ad regulandam inter Laicos successionem super Feudis, & bonis Ecclesiasticis, quae originarie proveniunt a Princeps Laico.
- S U M M A R I U M.**
- 1 In successione feudorum masculi excludant feminas, quamvis proximiorem.
- 2 Contrarium iudicavit Rota, & derationibus, n. 5.
- 3 Sed resolutio Rota impugnat.
- 4 In Regno utriusque Sicilia linea, & gradus inveniuntur, cum solum preferunt, data in predictis aequaliter.
- 5 Fundamenta, ex quibus Rota creditit hoc feuda Mantuanum esse impropiatum.

- 6 An feudum concessum pro masculis, & feminis dicatur impropiatum.
- 7 Feudum alienabile, an dicatur impropiatum.
- 8 De confutidine alienandi feuda Episcopatus Mantuae, ut procedat per contrarium inter usus, non per ultimam voluntatem.
- 9 Neque alteravit successione masculis prius debitam.
- 10 Jurisdicione vel Vallagium, an sint de substantia feudi, & an feuda rufifica sine jurisdictione sint feuda propria, vel impropiatum.
- 11 Feudum francum, & abesse servitio personali, an dicatur verum, vel impropiatum.
- 12 Qualitas alterativa non corruptit totam substantiam feudi, sed solum in parte alterata.
- 13 De quibusdam texibus feudalibus, an sint authenticis.
- 14 Concessio ex causa meritorum, an impropiatum.
- 15 Quid de feudi empti.
- 16 Diffidio, ad quem effectum feuda concessa propter merita, vel pecuniam dicuntur impropiatum.
- 17 Quid de clasula ad habendum.
- 18 De conjecturis, & circumstantiis, ex quibus resolutae, confessione esse in feudi.
- 19 Contraria sensu talis, qualis denominatur.
